

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 111. Concilium nationale Parisiis celebratum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](#)

**Sæcul. XV.** religionem violante, se eorum obediens  
**A.C. 1408.** tiae subducere, adeo, ut si secus facerent,  
 nutriti schismatis reatum incurrerent. In  
 eadem epistola Liburni die vigesima  
 quarta Junii data indixere Concilium Pi-  
 sis ad festum B. Virginis Annuntiatæ  
 Mense Martio proxime sequenti celebra-  
 dum, in quo præsentes Cardinales u-  
 nionis negotium absolverent, nequidem  
 exspectato absentium concursu, eos ta-  
 men, qui per se interesse nequierint,  
 ut saltem idoneos mitterent Legatos, ad-  
 monerent. Cardinales Avenionenses  
 haud absimilem quoque epistolam quarta  
 decima Julii datam publicarunt, in qua  
 pari ratione Concilium Pisanum convo-  
 cant; eademque die datis ad Benedictum  
 literis illius de indicto Concilio edocent,  
 atque ut huic intervenire velit, adhortan-  
 tur, addentes, hunc convocationis  
 modum communi omnium suffragio a se  
 adoptatum esse, eoquod illis, qui neu-  
 trius parti adhaerent, sic probatum fui-  
 set, & aliunde Sectatores Angeli de Co-  
 rario, si a Benedicto convocarentur, nul-  
 latenus Concilium accederent.

§. CXI.  
*Concilium nationale Parisiis cele-  
 bratum.*

Interea dum Cardinales pro congregan-  
 da sua Synodo Pisana ita provident,  
 Parisiis

Parisiis quoque actum est de cogendis <sup>sæcul. XV.</sup>  
 Cleri Gallicani comitiis, in quibus de fu- <sup>A.C. 1408.</sup>  
 turo Ecclesiæ regimine, & Beneficiorum 

---

  
 provisionibus tractaretur. His Lutetiæ <sup>Spicil. tom. 6</sup>  
 Parisiorum prima die Augusti initium da- <sup>pag. 161.</sup>  
 tum est. Joannes de Monte acuto Ar- <sup>Collect.</sup>  
 chiepiscopus Senonensis, Simonis Cra- <sup>Labb. Conc.</sup>  
 maudi tunc Pisæ Legationem obeuntis <sup>tom. XI.</sup>  
 vices agens, Præsidis officio fungebatur,  
 cœtusque usque ad quintam Novembribus  
 diem perdurabat. In eo præclara con-  
 debantur decreta de absolutionibus, dis-  
 pensationibus, judiciis, appellationibus,  
 Beneficiorum provisionibus, omnibusque  
 aliis Ecclesiasticis cauissis, ut patet ex a-  
 ctis Synodi, quæ Monachus S. Dionysii,  
 Caroli VI Historiæ Scriptor integra re-  
 censet, & Laborius publici juris fecit.  
 Horum Canonum impræsentiarum non-  
 nisi summam exhibemus.

### §. CXII.

#### *Hujus Concilii decreta.*

I. Excommunicatorum absolutio ipso <sup>Monach.</sup>  
 jure Papæ reservata a sacræ Se- <sup>S. Dionys.</sup>  
 dis Apostolicæ Pœnitentiaro concedatur, <sup>in Hist.</sup>  
 si vero quædam ad eum recurrendi <sup>Carot. VI.</sup>  
 difficultas emerget, Ordinarius loci  
 provideat.

### II. Ad